Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ad discipulos glorificatum iam corpus claustris stupenta
bus intromisit. qui illeso materni pudoris signaculo. ia
nuam mundi huius intrauit. Cuius ortum natura nesci
uit. non dubites si potentiam exercere uideas triumphantem.
quem tam stupenda prospicias egisse nascentem. Quid hic respon .vi.
debunt iudei sepulto dno discedentes & signantes lapidem
cum custodibus. Quę cum ita sint. quomodo eum ppedire
potuit obiectus repagulum. quem non coercuerat pondus
sepulchri. Immo quomodo eum obserata domus exclude
re potuit. quem includere moris porta non potuit. Quid
mirum si substantiam corporis nri p clausa ostia transmisit.
cui etiam penetralia supnorum & solis angelis familiare se
cretum patere consueuit. Cum ergo dixissent alii discipuli .vii.
uidimus dnm. respondit thomas & dixit eis. Nisi uidero
inquit in manib; eius fixuras clauorum. & mittam digitum
meum in locum clauorum. & mittam manum meam in
latus ei. non credam. Quam bona ignorantia quę eruditi
ignaros. quę induxit incredulos. quam bona infidelitas.
quę sctorum fidei militauit. Nisi uideo inquit in manibus
eius fixuram clauorum. Vox ista inquirentis e non negantis.
Dum hoc dicit. doceri uoluit. confirmari desiderauit. & ido
ad eum dns ita ait. Infer digitum tuum huc. & uide man
meas. & affer manum tuam & mitte in latus meum. Dum .viii.
benignum pbet uertas moderatum responsum in apto suo.
n dubitationis uitium. s: solli citudinis instruxit affectum.
Quia ergo illo in tempore tanti mysterii nouitas uersabatur.
merito curiose pserutationis non e exclusa sedulitas. Ac
cedit quod in his apti uerbis mundi utilitas agitur. Vni
interrogatio. iuuenitatis instructio e. Ostendit ergo ma